

POSITIONES
HISTORICO - POLITICÆ
E CHRONICO EPISCOPORUM
M. SCR. PAULI JUSTEN. EXCERPTÆ,
 QUAS
CONSENTIENTE & APPROBANTE
AMPLISS. FACULT. PHILOSOPH.
ACAD. ABOENSIS,
PRÆSIDE
VIRO CL.

MAG. ALGOTHO
A. SCARIN

HISTOR. & POLIT PROFESS. ORD.
PRO OBTINENDIS HONORIBUS
PHILOSOPHICIS
IN AUDITORIO SUPREMO
& MAXIMO
AD DIEM IX JUN. MDCCXXVI.

PUBLICE EXAMINANDAS SISTIT
ISRAEL ESCHOLIN
V. PASTOR IN SAGU.

ABOÆ, Impr. E. Flodström R. A. typ.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,
REVERENDISSIMO in CHRISTO

PATRI ac DOMINO,

Dn. HERMANNO
WITTE,

S. S. Theologiæ DOCTORI EXCEL-
LENTISSIMO, Diœceleos Aboënsis
EPISCOPO EMINENTISSIMO, REGIÆ
ibidem Academiæ PRO - CANCEL-
LARIO MAGNIFICENTISSIMO, Vene-
randi Consistorii Ecclesiastici PRÆ-
SIDI GRAVISSIMO, Scholarum
per Diœcesin Ephoro AD-
CURATISSIMO.

MÆCENATI MAXIMO.

L Eve hoc Specimen Academicum,
Reverendissime PATER EPISCOPE,
finas ex gratia benevolentiaque summa,
quæ Tibi connata & quodammodo pro-
pria est, ut in humillimæ mentis pignus
& *ταπεινόν* Tibi offeram. Ardentis-
simis ego voveo, semperque vovebo su-
spiriis, ut vivas, Reverendissime PATER
EPISCOPE, quam diutissime, quam felicis-
sime, in Ecclesiæ Christi grande commo-
dum, Ordinis Sacri incomparabile patro-
cinium, Nobilissimæ Familiz ingens de-
cus ac solatium, & aliorum denique, pie-
tate, doctrina & moribus conspicuorum,
maximum, lætissimumque Præsidium. Sic
fiet, ut Ecclesia Christi Fennica semper
crescat, ac indies majora in rebus spiritus
alibus capiat incrementa; Sacer Ordo,
Nobilissimæque TUA Familia insigniter
floreant; reliqui quam felicissime vivant,
vigeantque; & ego denique, maximo cum
honore & fructu, gloriari de me die
queam, quod sim,

EMINENTIS-SIME EPISCOPE,
REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

*Humillimus & Devotis-
simus Servus.*

Araël Escholino

V I R O

Admod. Reverendo atq; Doctissimo,
DN. GABR. ESCHOLINO,
PASTORI & PRÆPOSITO U. kelenſium Meri-
tiffimo, ut Parenti Cariffimo, ita fi-
liali reverentia æternum
proſequendo.

Itemque

Plurimum Reverendo atq; Eruditiffimo
V I R O,
DN. ANDR. STENBECKIO,
Pastori in Sahalax
Digniffimo;

Has qualescunque Theſes de an-
tiquitatibus Fennicis, in grati ani-
mi teſſeram & pignus, debitaque obe-
dientiz & obſervantiz ſignum, dat &
dedicat

Adm. Plurimumq; Reverend.
NOMINUM VESTRORUM

Obedentiſſimus Filius
&

Obſervantiſſimus cultor,
ISRAEL ESCHOLIN.



Thef. I.



onjectura, quæ facta, in oriente, populorum dispersione, Fennos & Scandinaviæ aborigines unam eandemque gentem, in septentrionem primum delatam contendit, quamvis probabilitate admodum magna sese commendet: in posteritate tamen, postquam in septentrionem imperii & sacrorum jura sua Odinus
):(trans-

transtulisset, Fennos a Scandianis genere & religione plane diffidere non dubitamus adserere.

Thef. II.

Transversa crucis figura, quæ Draconum gyris clausa in cippis Runicis tantum non omnibus expressa conspicitur, introductæ, ante solemnem promulgationem, religionis Christianæ memoriam non probat: potius Thoronis seu Jovis Ægidem veterum Gothorum militare Symbolum, non lapidibus solum sed & navibus atque vexillis, ritu gentilismi

mi per Sveoniam vetusto, in-
sculpi solitum, isto caracte-
re notari existimamus.

Thef. III.

Fenningiæ magnum
ducatum, Sverhiæ post
Bothnicum finem ab ortu ob-
jectum & Osterlandiæ nomine
apud veteres non ignotum,
quamvis EMUNDUS Gammul
alique Christianismum pro-
fessi Sverhiæ Principes armata
manu intraverint: nullam ta-
men antequam ERICUS san-
ctus, imperio potius, Christi
& suo nomini infestam gen-
tem subjugarer, memoriam
Christianismi apud eandem con-
stare existimaverim.

Thes. IV.

Sanctum Henricum
 neophytorum institu-
 tioni in Fenningia relictum,
 neque ob eibum denegatum
 & Domino invito extortum:
 verum peracti calidius quam
 cautius ministerii sui nomi-
 ne, occisum, Upsaliensis Ecc-
 lesia Episcopum sola sibi vin-
 dicat: idque tanto magis,
 quanto certius constat Fen-
 nos, qui, Rege & Pontifice
 sublato, novellæ fidei non illi-
 co renunciaverant, diu ad se-
 dem A. Episcopalem modo me-
 moratam pertinuisse: immo
 non Roltonem modo cum
 Folchone Rendamechensis Ca-
 the

thedræ fundatore , sed & a-
 lios successores nonnullos, præ-
 terquam apud Fennoſ, etiam
 Venedoſ, Curoſ & Æſthioſ
 Apoſtolico munere ſuo , cum
 martyrio non raro quoq; fun-
 ctos eſſe.

Theſ. v.

Alandiam maris Bal-
 thici inſulam quamvis
 Ericuſ Upſalienſiſ Fenningiæ
 accenſeat, utpote ævo, quo
 hitoriam ille ſuam conſigna-
 vit , quemadmodum hodie,
 cum Episcopatu Aboenſi co-
 hærentem : Ab ultimis genti-
 liſtæi temporibus tamen ad
 inſularem Scandiam & Gothe-
 rum in illa gentem pertine-
 re

re, una cum illis Christo nomen dedisse, & denique postquam in Finlandia religio Christiana innotescere cœpit, annis, plus minus ducentis, Archi-Episcopis Upsaliensibus paruisse certum est.

Thef. vi.

Translationem Cathedralæ Episcopalis a Rendamechi (cujus in præfectura Viburgensi situm frustra quærit Oernhielmus) quam vis ad annum cccccxxviii referant historiæ patriæ experientissimi Viri, bulla inducti Gregorii Papæ ix de sede Aboam transferenda, ad Thomam

nam Episcopum data ; A fide Messeni & Justeni nostratis, ad finem seculi translationem dilatam contendendum , quo minus digrediamur, non leves nos rationes movent. Qua vero fide & auctoritate annalium, urbis Aboënsis foundationem templo cathedrali recentiorem Messenius statuat, ipse viderit.

Thes. VII.

Sedente Berone Episcopo, Bothnia Orientalis, Konugardia seu Amazonia, viraginum Gothicarum vetus patria : & non ita multo post tempore Tavastia quo-

quoque, ERICI BALBI Regis
 auspicio armataque Sororii
 Regis manu, BIRGERI
 JARL junioris, in religionis &
 imperii Svecani societatem tran-
 siverunt. Et ne a fide & o-
 bedientia Aböensis Episcopi
 forte desciscerent, valido in
 vicinia extructo munimento
 Tavastburgo, hodie Tavast-
 hus, iidem illi principes op-
 portune providerunt.

Theſ. viii.

Magnum Olavi, Ta-
 vastii appellatione
 voigo notum, & inter homi-
 nes suæ fidei professionis, vir-
 tute

tute meritis, vitæ atque muneris longævitate felicissimæ memoriæ Episcopum, nescio qua animi falsa persuasione auctor chronici Hemmingo conferendum, si non postponendum censuerit. Cum tamen præter Zelum hierarchiæ propagandæ præposterum & adversus civilem Majestatem grande supercilium, adeo non multa cum commendatione & gloria ejus vitæ imaginem in annalibus expressam inveniamus: Alter autem nomine & omine Magnus Episcopus in vinea DNI operarium non minus industrium sese præstiterit: prudentia vero, justitia munificentia, vitæ mansuetudine & denique officiis in regem &

patriam, inusitato illis temporibus exemplo, Antistites sui ordinis & loci omnes antecelluerit.

Thef. ix.

Marmor oblongum cinericei coloris, quod in Cathedrali templo urbis hujus ab introitu chori, ad dextram muro infixum visitur, & PAR brachiorum ære munitorum una cum cruce gemina decussatim posita representat, vetustæ gentis STÅL-ARMIANÆ Viro alicui nobilissimo deberi, evidens est. Ecclesiastico loco eminentem fuisse, crucis signum (Kyrke-wapnet) in primis

mis vero galerus Episcopalis
 cassidis loco positus dubitare
 non finit. Hinc inspicientes
 in clathratas valvas, quibus
 clauditur sacellum corporis
 Christi, quod, funeri suo dor-
 mitorium consecravit, cujus-
 modo mentionem fecimus,
 Magnus Episcopus; eandem
 brachii ære obducti imagi-
 nem ferrei operis, invenie-
 mus. Certissimo indicio ex
 nobili STÅLARMORUM gente
 Magnum nostrum descendisse,
 & lapidem modo memoratum
 ejusdem laudatissimi Episcopi
 memoriæ dicatum esse.

Thef. x.

Miracula & divorum col-
 lo-

loquia, verbis magna, re
vana & ad fucum faciendum
simplicioribus hominibus con-
ficta, quantum ad augendam
Pseudo - martyrum aliorum-
que divinitatis opinionem o-
mni contulerunt, tantum lo-
gini tritico & prædicationi
cœlestis sapientiæ, supersti-
tionis & ineptiarum ab ini-
mico *μυριοθεν* admixtum con-
tendimus.

Theſ. xi.

Religionis propagan-
dæ & a caligine I-
dolomanæ illustrandæ Zelum
ferventiſſimum, quocunque mo-
do laudaverimus in Henrico
cete-

ceterisque Christianæ religionis in patria protomyſtis : Eoſdem ab omni nãvo tamen abſolvere nulli poſſumus, quod non ſola perſuaſione & vi doctrinæ, ſed gemino enſe religionem plantatum iſ verunt : adeoque Regibus & Principibus ſibi devotis auctores extiterint inſtituti apud exteros bello provehendi : in civitate vero exercendæ in quocunq; ultimæ crudelitatis, qui nullo argumentorum pondere neque ſupliciorum comminationibus ad profeſſionem novæ fidei adduci poſſent.

Theſ. XII.

Veteris Biarmiz Finvedo-
rum.

rumque gentis ultimam originem a Fennis arcessere pronum erit atque proclive: licet temporibus proxime sequentibus Scandianis immixta utraque hæc colonia, in sacrorum idolatricorum, nonnunquam etiam reipublicæ & civitatis communionem cum ipsis descenderint. Lapponum vero nuperum & recens nomen, quod extorrem significat, Fennis, qui religionem & imperium Christiani regis detrectarent & novas sub arctoo polo sedes sibi eligerent, a popularibus eorum cum convictio, impositum esse, admodum probabilis est conjectura.



Philosophiæ Candidato

Clarissimo

Plurimum Reverendo Domino,

DN. ISRAEL ESCHOLIN,

Vice - Pastori in Saga.

Amico plurimum Honorando,



Dum bene Fennorum iustas
monumenta verusta,
Adspirat cœptis his DEUS ipse
Tuis.

Animo, quam vena
prolixiori gratu-
latur,

E. CAJANUS. E. F.
O. B.